

SENTENCIAS ESCOGIDAS

DE SAN PAULINO

Correspondientes al Capítulo III. Artículo IV.

I. **D**am aliena nobis verba indulges, stimulum pudoris suggeris; ut legentes, quod esse debemus, boni esse discamus; nitamurque nos juxta sermonem tuum promere; & forsitam possimus effici quod non sumus. (*Ep. 24. ad Sever.*)

II. Ad corripiendam vitæ viam, & prævalendum in regnum cælorum, quod à diebus Joannis vim patitur à diripientibus, idonei esse non possumus, nisi omnia, quæ vel amore, vel cura, si in itinere istius sæculi nobis adhæreant, impediunt, & retardant, ante obitus nostri vesperam præmittamus, & inde per totam hujus sæculi noctem apprehendere, & tenere Christum sollicita, spiritualium operum ac studiorum contentione luctemur, nec divellamur à charitate Christi, sicut Jacob ab ejus amplexu, nisi extorqueamus benedictionem. (*Ibidem.*)

III. Totus labor, & plenum opus nobis in observantia & expoliatione cordis nostri est; cujus tenebras, vel abstrusas in eo inimici latebras videre non possumus, nisi defæcato ab externarum rerum curis animo, & intus ad semetipsum converso. (*Ibidem.*)

IV. Deus exorandus est, ut destruat in nobis aliena, vel nostra, & ædificet sua. (*Ibidem.*)

V. Non solum jejunio, sed & cibo humiliare animam nostram discamus. (*Ep. 23. ad Sever.*)

VI. Quis prior dedit ei, & retribuetur illi? Sed ipsi gratias, qui nobis tanti foenoris remittit usuras, & obli-

gationis immensæ compendium præstat, solum à nobis dilectionem sui repetens, quam inter præcepta sua principali loco ponens, ostendit quomodo illi indisolubile debitum etiam inopes solveremus. (*Ibidem.*)

VII. Mundo placere non potes, nisi Christo malueris displicere. Si enim, inquit, hominibus placerem, Christi servus non essem. Displiceamus ergo his, & gratulemur iisdem nos displicere, quibus & Deus displicet. Non enim nostrum, sed Christi, idest, omnipotentis Dei opus in nobis lacessunt; quem in suis actibus spernunt, in nostris operibus oderunt. (*Epist. 1. ad Sever.*)

VIII. Vix adhuc intellectum sacræ molis capio mentis angustiis, & onus muneris mei, conscius infirmitatis horresco. (*Ibidem.*)

IX. Per foramen viæ ad vitam ducentis, multis desiderabilem paucis penetrabilem, facilius ingreditur humiliata iniquitas, quam superba justitia. (*Ep. 29. ad Sever.*)

X. Tanta est summi Patris pietas, ut etiam ira ejus ex misericordia sit; & ideo castigat, ut parcat. (*Ibidem.*)

XI. Adventum Domini & diligimus miseri spe misericordiæ ejus, & horrescimus peccatores timore justitiæ ejus. (*Epist. 19. ad Delph.*)

XII. Notum faciat nobis Dominus finem nostrum, ut sciamus quid desit nobis, & properemus adimplere quod restat, ut non revolvamur in medio dierum inanium texentes operibus vacuis aranæ telam. (*Epist. 36. ad Amand.*)

XIII. Nihil nisi Deum timeamus, nihil supra illum diligamus. (*Epist. 9. ad Amand.*)

XIV. Angusta via gradimur, & quasi in fune suspensio ancipites ambulamus, & nisi fixo libramine vestigia fixerimus, facile nos in hujus, aut illius partis ruinam impellit inimicus. (*Epist. 40. ad Sanct. & Amand.*)

XV. Christus etiam nunc infirmitates nostras, & ægri-

tudinem portat, quia ipse est homo semper pro nobis in plaga positus, & sciens ferre infirmitatem, quam nos sine ipso nec possumus ferre, nec novimus. (*Ep. 38. ad Apr.*)

XVI. Taceamus istis, loquentes ad Dominum silentio humilitatis, & voce patientiæ; & tunc ipse, qui invictus est, pugnabit pro nobis, & vincet in nobis. (*Ibidem.*)

XVII. Sibi habeant litteras suas oratores, sibi sapientiam suam. Philosophi, sibi divitias suas divites, sibi regna sua Reges; nobis gloria, & possessio, & regnum Christus est. (*Ibidem.*)

XVIII. Opus Dei est mutare hominem, quia solus potest instaurare, quod fecit. (*Ibidem.*)

XIX. Hoc igne nos, Domine Jesu, semper accende, ut illuminemur sensibus, deflagremus in vitiis; hic enim solus, qui à te ignis est, igni resistit æterno. (*Epist. 44. ad Apr. & Amand.*)

XX. Quid nostrum putemus, qui majori, & speciali debito non sumus nostri? & non solum, quia facti à Deo, sed & empti sumus. (*Epist. 34. de Gazophylacio.*)

XXI. Ne trepides, ne cuncteris, ne parcas, esto violentus Deo, rape regna cælorum: qui vetat aliena contingi, sua gaudet invadi, & qui damnat avaritiæ rapacitatem, laudat fidei rapinam. (*Ibidem.*)

XXII. Omne quod agimus, omne quod loquimur, aut de lata, aut de angusta via est. (*Epist. ad Celantiam in Append.*)

XXIII. Sermo in omnibus moderatus, & parcus, & qui necessitatem loquendi magis indicet, quam voluntatem. (*Ibidem.*)

XXIV. Diu ante considera quid loquendum sit: & adhuc tacens provide, ne quid dixisse poeniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguæ officium animi libra dispenset. (*Ibidem.*)

XXV. In omni actu, atque verbo quieta mens, & placida servetur; semperque cogitationi tuæ Dei præsentia occurrat. (*Ibidem.*)

XXVI. Cave, ne si jejunare, aut abstinere coeperis, te putes esse jam sanctum, hæc enim virtus adjumentum est, non perfectio sanctitatis. (*Ibidem.*)

XXVII. Tunc præclara est abstinentia, tunc pulchra, atque magnifica castigatio corporis, cum est animus jejunos à vitiis. (*Ibidem.*)

XXVIII. Ita habeto sollicitudinem domus, ut aliquam tamen vacationem animæ tribuas. Eligatur tibi opportunus, & aliquantum à familiæ strepitu remotus locus, in quem tu velut in portum, quasi ex multa tempestate curarum te recipias, & excitatos foris cogitationum fluctus, secreti tranquillitate componas. Tantum ibi sit divinæ lectionis studium, tam crebræ orationum vices, tam firma, & pressa de futuris cogitatio, ut omnes reliqui temporis occupationes facile hac vacatione compenses. Nec hoc ideo dicimus, quo te retrahamus à tuis; imo id agimus, ut ibi discas, ibi mediteris, qualem tuis præbere te debeas. (*Ibidem.*)

XXIX. Hæc Apostolus præcipiens mulieribus, non eas jubet squallere, sordibus, & horrentibus pannorum assumendis tegi, sed immoderato cultui & nimis exquisito interdicit ornatum, simplicemque commendat ornatum; & habitum. (*Ibidem.*)

ADICIONES.

I. **F**ortius est, manentibus, quam alienatis rebus carere, & spernere quod habeas, quam non habere quod spernas. (*Epist. 2. ad Severum.*)

II. Quæ nobiscum non intuleramus in hunc mundum, nec poteramus auferre nobiscum, quasi mutuata reddimus: nec ut cutem à carne distraximus, sed ut vestem à corpore deposuimus. Nunc opus est, ut quæ vere nostra sunt, dependamus Deo, hoc est, cor, & animam, & corpora nostra exhibentes in hostiam vivam. (*Ibidem.*)

III. Tota hujus mundi figura, quæ præterit, & per oculos corda prodelectat, zambulicis prætentata retibus, in qualibet sui specie laqueus mentis, & gladius est. (*Ibid.*)

I. **M**ayor fortaleza es carecer de las cosas que nos han quedado, que de las que ya están enagenadas; y despreciar lo que tienes, que no tener que despreciar. (*Ep. 2. ad Sever.*)

II. Volvemos como una cosa prestada lo que no hemos traído al mundo, ni lo podíamos llevar al salir de él: no lo arrancamos con dolor, como si fuera la piel, sino como quien dexa el vestido. Ahora es preciso dar á Dios lo que podemos llamar nuestro; esto es, el corazón, el alma, y nuestros cuerpos, ofreciéndolos para ser una hostia viva. (*Ibidem.*)

III. En toda la figura de este mundo que pasa, y por medio de los ojos da deleite al corazón, tiene el demonio tendidas las redes: en su hermosura está el lazo, y la espada de la muerte. (*Ibidem.*)

IV. Dexemos nuestras fuerzas para llenarnos de las divinas. (*Ibidem.*)

V. Sea la gracia, y no los cabellos el adorno de las mugeres, la perla de la castidad, y no las piedras preciosas: despídan de sí la fragancia de las buenas obras, y no la de los costosos perfumes. Tengan presente que son hijas de aquella hija del Rey que tiene en su interior toda su gloria. (*Epist. 4. ad Severum.*)

VI. No nos ama el mundo; pero Christo nos ama: el hombre nos desprecia, pero Dios nos aprecia. (*Epist. 5. ad Sever.*)

VII. Imitando al imitador de Christo, llegaremos á la imitacion de Christo. (*Ibidem.*)

VIII. ¿Cómo piensas que podrás seguir á Christo, sino en la ley que nos enseñó, y en el exemplo que nos dió? (*Ibidem.*)

IX. Nada tenemos sino á Jesuchristo; mira bien, si nada tenemos, quando tenemos al que todo lo tiene. (*Ibid.*)

IV. Evacuémur nostris viribus, ut divinis impleamur. (*Ibidem.*)

V. Ornet mulieres Christi gratia, non capilli; castitatis gemma non lapidis, & operum in his non odorum fragret unguentum. Meminerint esse se filias illius filiae regis, cujus gloria omnis ab intus est. (*Epist. 4. ad Severum.*)

VI. Mundus nos non amat, sed amat Christus; homo negligit, sed Deus diligit. (*Epist. 5. ad Sever.*)

VII. Imitando imitatorum Christi, pervenimus ad imitationem Dei. (*Ibidem.*)

VIII. Quomodo aliter putas Christum sequendum, nisi lege, qua docuit, & forma, quam prætulit? (*Ibid.*)

IX. Nihil habemus, nisi Christum; & vide, si nihil habeamus, qui omnia habentem habemus. (*Ibidem.*)

X. Quo nobis gratiam mundi, quæ est odium Christi? (*Ep. 6. ad Sever.*)

XI. Utinam digni habeamur, qui maledicamur, & notemur, & conteramur, atque etiam interficiamur in nomine Christi, dummodo non ipse Christus occidatur in nobis. (*Ibidem.*)

XII. Proximus infidelis est, qui mortuam sine operibus fidem, vacuo Christiano nomine gerit. (*Epist. 20. ad Amandum.*)

XIII. Vita hujus mundi amica mors animæ est. (*Ep. 22. ad Amand. 2.*)

XIV. Non licet ut servi, pro Domino recusemus pati, quæ pro nobis servis suis Dominus ante sustinuit. (*Ep. 38. ad Aprum. 1.*)

XV. Vicina morti labes est, torpor animarum. (*Epist. 36. ad Macarium.*)

XVI. Grandem vim obtinet vera dilectio, & qui perfectè amatur, totam sibi aman-

X. Para qué nos sirve la gracia del mundo, si ésta es el ódio de Jesuchristo? (*Ep. 6. ad Sever.*)

XI. ¡Ojalá nos tenga Dios por dignos de ser maldicidos, murmurados y pisados, y aun de que nos quiten la vida por el nombre de Jesuchristo, con tal de que no muera en nosotros Jesuchristo! (*Ibidem.*)

XII. Cerca está de ser infiel el que con el vano nombre de Christiano tiene una fe muerta y sin obras. (*Epist. 20. ad Amand.*)

XIII. La vida amiga de este mundo es muerte del alma. (*Ep. 22. ad Amand. 2.*)

XIV. No es razón que los siervos rehusemos padecer lo que antes sufrió el Señor por nosotros, siendo siervos. (*Ep. 38. ad Aprum. 1.*)

XV. La torpeza y negligencia de las almas es una mancha que se acerca á la muerte. (*Epist. 36. ad Macarium.*)

XVI. Grande fuerza alcanza el verdadero amor, y el que es perfectamente ama-

do, se apodera de toda la voluntad del amante: nada manda tanto como la caridad. Nosotros, si de veras amamos á Christo; si nos acordamos de que estamos redimidos con su sangre, ya no debemos querer, ni hacer sino lo que sabemos que él quiere. (*Ep. ad Celantiam in Append.*)

XVII. No se propasa presto á los delitos mayores el que teme los leves. (*Ibid.*)

XVIII. No sé si podremos llamar leve el pecado que se comete con desprecio de Dios; y es muy prudente el que, no tanto considera lo que es justo, quanto quién es el que lo mandó, ni atiende á la cantidad del precepto, sino á la dignidad del que manda. (*Ibidem.*)

tis vindicat voluntatem; nihil est imperiosius charitate. Nos si vere Christum diligimus, si ejus non redemptos sanguine recordamur, nihil magis velle, nihil omnino debemus agere, quam quod illum velle cognovimus. (*Ep. ad Celantiam in Append.*)

XVII. Non cito ad majora delicta progreditur, qui etiam parva formidat. (*Ibid.*)

XVIII. Nescio an possumus peccatum aliquid leve dicere, quod in Dei contemptum admittitur. Estque ille prudentissimus qui non tam considerat, quod justum sit, quam illum qui jusserit; nec quantitatem imperii, sed imperantis cogitat dignitatem. (*Ibidem.*)